


DE SACRI  
**CONSISTORII**  
CONSULTATIONIBVS  
GABRIELIS CARD.  
PALÆOTI.



R O M Æ,  
Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA.  
M. D. X C I I.

---

*SUPERIORVM PERMISSV.*

SACRO S. R. ECCLESIAE  
CARDINALIVM  
COLLEGIO.  
**SSR**  
GABR. CARD. PALÆOTVS.



*GIT VR annus prope trigesimus,  
cum Diuina placuit bonitati, per Pont.  
Max. Sancte mem. Pium IIII. in  
celeberrimum istum uniuersalis Eccle-  
sia Senatum, & sumnum Consilium  
ex omnibus nationibus delectum, me  
licet meritis longe alijs inferiorem ag-  
gregare. Quod munus cum plane ma-  
gnum, & multiplex, ac negotiorum frequentia & grauita-  
te cumulatum, in omnes partes Reipublice Christianae pate-  
re animaduertissem, supplex Patrem lumen rogavi, ut ca-  
lesti sua luce animum illustraret meum, atque ut eximiam Car-  
dinalium illorum, qui tunc florebant, subindeq. per manus  
traditam, & ad vos quasi hereditario iure delatam pruden-  
tiam, imitari aliqua ex parte possem. Et quamvis peritissi-  
morum Ducum mihi viam premonstrantium, tum excellenti  
doctrina, tum rerum usu, in hoc arduo vocationis mea itinere,  
satis dirigi posse confiderem: tamen, cum inter ceteras mu-  
neris huius functiones, illam unam, que ad sacrum Summi  
Pontificis Consistorium, singulare totius Christianae Rei publica  
per fugium, atque oenamentum, periret, magna rerum varie-  
tate, ac perenni quadam negotiorum commutatione implicari  
conficerem; cognoni simul non eandem mihi in his ad amplissi-  
morum Senatorum vestigia consecunda, semitam, atque  
alijs in rebus patere: eo quod multa hic frequenter conting-  
ent, quibus Cardinales, tametsi eundem finem spectarent, non*

\* 2 idem



DE SACRIS  
CONSTITORII  
CONSULTATIONIBVS  
PARS I. QVÆST. I.



De Consultationis necessitate  
in rebus priuatis.

A **D**OSTVLAT instituti nostri ratio , vt cum de sacri QVÆST.  
Consistorij consultationibus simus tractaturi , ca in  
primis impedimenta submoueantur , in quæ Lecto-  
ris cogitatio in ipso limine possit offendere , addu-  
bitantis forte nos in minus necessario opere versa-  
ri ; cum hominum consultationes siue ad priuata , siue ad publica  
negotia pertincent , carum ex rerum genere esse censeantur , quæ  
arbitrariæ dicuntur , & quodam potius vñsu , quam certa necessitate  
institutæ . Vnde nos priusquam de rebus Consistorialibus , quod  
B nobis principaliter propositum est , differere ingrediamur , nonnulla  
tum de priuatarum rerum , tum de publicarum consilijs persequenda  
esse duximus , vt certioribus gradibus ad Consistorialia perueniamus .

Posset igitur fortasse alicui in mentem venire minus esse necel-  
larias de rebus priuatis consultationes ; eo quod ius commune ne-  
minem cogit alios in rebus suis consulere , neminemve damnat  
sine consilio rem donantem , aut ementem , aut locantem , seu he-  
reditatem adeuntem , aut de toto patrimonio suo testantem : immo  
paucis exceptis casibus , quibus tutores , curatores , seu administrato-  
C res certis personis , ac rebus adiungi solent , reliquis non solum ple-  
nam facultatem rerum suarum gerendarum permitti , sed etiam  
eisdem indulgeri scimus , vt si quando libuerit aliquos in consilium  
adhibere , non tamen illud sequi teneantur , <sup>a</sup> cum regula sit consi-  
lia suaderi tantum , non imperari : <sup>b</sup> quod & in consilijs Euangeli-  
cis locum habet . <sup>c</sup> Et quamvis iure veteri prudentes viros institu-  
tos fuisse sciamus , qui consulentibus de iure respondebant , eorumq;  
responsa auctoritatem obtinebant , non tamen quemquam ad il-  
los consilij causa confugere coactum fuisse legimus . <sup>d</sup>

ibidemque

A Sed

<sup>a</sup> I.2. in f. mā  
da. & glo. c. cā  
olim. de arbit.  
<sup>b</sup> cap. fin. 14.  
quaest. 1.  
<sup>c</sup> cap. integr.  
tag. 32. q. 1.  
<sup>d</sup> I.2. de orig.  
iur. §. & quide  
ex omnius, et  
§. Et ut obter.

# I N D E X.

<i>Vilificationis ratio reddenda etiam de verbo otioso.</i>		
<i>pag. 7. c</i>		
<i>Vincibilis, &amp; voluntaria est ignorantia, a qua error conscientia procedit.</i>	298. b	
<i>Virtus Charonda.</i>	49. c	
<i>Virtus est qualitas bona, qua nemo male utitur.</i>		
<i>pag. 126. d</i>		
<i>Virtus perseverantem animi firmitatem postulat.</i>		
<i>pag. 107. c</i>		
<i>Virtutis actum aliquando reperiri sine virtute.</i>	336. d	
<i>Virtutis impedimenta quedam sunt hominem, quedam Prelatorum.</i>	367. d	
<i>Virtutis nullam posse dici actionem nisi recta sit per se, &amp; recte exerceatur, colligitur ex Concilio Tridentino.</i>	337. d	
<i>Virtutis opus recte facere quid complectitur.</i>	336. d	
<i>Virtute vera pradiuit hominis præstantia.</i>	359. a	
<i>Virtutes alia vera, alia false.</i>	222. c	
<i>Virtutum documenta illustriora præstada sunt a Cardinalibus, quidam ab alijs.</i>	367. b	
<i>Vocationem suam videre quisque debet.</i>	351. b	
<i>Vox viva est necessaria, ubi consensus pro forma cer-</i>		
		to tempore requiritur.
		303. b
<i>Vocis visus efficacitas quanta.</i>		246. a
<i>Voce ferri suffragia, optimum esse.</i>		241. d
<i>Voluntas duplex, communis, &amp; propria.</i>		309. a
<i>Voluntas duplex, perfecta, &amp; imperfecta.</i>		76. a
<i>Voluntas in omnibus rebus donsimari debet.</i>		336. b
<i>Voluntas permissionis.</i>		57. d
<i>Voluntas sola Principe non est consideranda.</i>		185. c
<i>Voluntati superioris esse obediendum, quo sensu ha-</i>		
<i>beat veritatem.</i>		69. b
<i>Voluntatem pro facto reputari.</i>		226. b
<i>Vuls generalium regularum.</i>		323. c
<i>Vtile est consilium Principi, &amp; alijs.</i>		78. d
<i>Vtilitas duplex, intrinseca, &amp; extrinseca.</i>		151. d
<i>Vulgo bonum dicunt, quod placet sensui.</i>		87. c
		Z
<b>Z</b> ACHARIAS est exemplum libere loquendi		
<i>cum Principibus.</i>		220. d
<i>Zalucii virtus.</i>		49. c
<i>Zeli in veritate dicenda exemplum.</i>		221. a

*F I N I S.*

## SERIES CHARTARVM.

\* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,  
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll.

Omnes sunt Terniones, præter \*, qui est Quaternio.

R O M AE,

Ex Typographia APOSTOLICA VATICANA.

M D XCII.